

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

em facere potestam, ut quotidie eius possent esse participes. Ac propter ea Sacra menta hoc in præsencia duodecim discipulorum suorum obtulit dicens eis: c *Hoc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Quibus verbis aperte satis significauit, se potestatem eis facere, sæpe idem faciendo non constituto numero, aut limite: imo inuitabat, & prouocabat, ut Sacrificium hoc quotidie offerrent, ut ei placerent, & explerent eus desiderium: & continua memoriæ seruarent: quod reciprocum erga eum amorem ostenderent.

IVBEBAT in antiqua Lege Deus, d offerri sibi iugiter per singulos dies agnos anniculos duos: alterum mane, alterum vespera, & decimam partem simile hoc est florinæ purissimæ, confersa oleo tufo; & unam mensuram vini in agno uno; & hoc fieri super altare in conspectu Dei: ubi consuetuam, inquit, ut loquar ad te: ibique præcipiam filii Israhel. Hoc dixit Deus Moysi ad significandum, quod Christus Dominus noster, Agnus qui tollit peccata mundi, pro cuius reparatione sacrificatus & mortuus fuit feria sexta vespere, & resurrexit die dominico mane; Sacrificandus esset perpetuè quotidie in altari Ecclesiæ sub speciebus panis & vini, & valde copiose largitus purissimum gratiæ suum oleum, dignè sacrificantibus, & ipsum suscipientibus; admittens eos ad suam dulcem familiaritatem, & consuetudinem. Quis igitur erit Sacerdos, viua fidei lumen & aliquam veræ charitatis scintillam habens, qui non libenter & cum animi sui oblatione velit oblationem hanc Agni huius quotidie offerre, dulcisque adeo eibi particeps fieri? Et quis Christianus non studeat, quotidie afflisteret eiusmodi oblationi, & Missæ interesse, & multis quidem si posset: cum quotidie multæ offrantur in odorem suavitatis ipsi Deo, & quietis ac tranquillitatis nostræ animarum, colloquendo & agendo cum ipso Domino, omnium bonorum fonte. Ut autem magis appareat celsitas & utilitas huius deuotio- nis, comprehendemus hic breui summa quæcumque haec tenus de Missa diximus: tam quoad Sacrificij ipsius substantiam, & fines, propter quos offerrur: quam rerum, quæ illud comitantur. Vi hæc magnalia & utilitates videntes, afficiamur ad Sanctum illud exercitium, in quo illæ continentur; illudque præferamus alijs multò inferioribus.

§. L

PRIMVM Diuina Lex obstringit nos, ad deferendum honorem & adorationem Deo nostro; offerentes ei Sacrificia in testimonium infinitæ ipsius excellentiæ. Et quamuis hoc præceptam, eo quod sit affirmatum, non obliget in particulari fideles, nisi certis quibusdam tē- poribus: est tamen valde gloriosum, Deiq; voluntati valde conforme, ut

c 1. Corint
21. 25.

d Exodi. 29
3.
Christus
quotidie of-
fieri potest.

Lipiman. in
Catech. 2.

Can/a qua-
re Missa sa-
crif. offeren.

1.
Lex obli-
gat.2.
Apot. 4. 8.3.
Memoria
mysteriorum
Christi.4.
Peccata que
in illa exsol-
luntur.

5

quotidie executioni mandetur: offerendo celissimum hoc Sacrificium eius honorem eo modo, quo Sacerdotes Missam facientes, aut alij eis audientes. Cum igitur ipse quotidie beneficijs nobis collatis, honor nos quotidie afficiat: quid mirum, si & nos eum quotidie honorificiamus: quia maximo est honore dignus? ersi enim ipsum quotidie honoremus, semper tamen multumque distabimus; cum ipse sit infinitus aeternâ gloriâ, honore, & laude dignus. Quamobrem ait Sanctus Iohannes, quod quatuor illa animalia requiem non habebant die a nocte, dicitur: *a sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens. Aequissimum* que est ut quo poterimus modo, quotidie conueniamus ad eum honorandum, dicentes in ipsa Missa eundem Hymnum, de quo ipse tantisper gloriatetur.

Ex quo secunda deducitur ratio: quia scilicet innumerâ sunt & mensa beneficia, quæ ab ipso quotidie, immo singulis horis accipimus: properea gratitudinis lege deberemus quotidie, & horis singulis infinitas ei gratias reddere, si in finitâ nobis essent possibles. Equeum igit est, ut cum infinitum hoc Missæ Sacrificium nobis reliquerat hodiecum ei exfolendum: quotidie illud ei offeramus in gratiarum actiones pro tot beneſiciis, quæ quotidie ab eo accipimus. Antiqui Patres fuisse atque insigne aliquod beneficium à Deo accipiebant, erigebant altare quo aliquod Sacrificium offerebant. Cum igitur altare pro hoc sit aereatum: æquum omnino est, ut quotidie hoc ei offeramus, sicut quotidie adeo præstantia accipimus, quamvis non semper ea agnolimus.

Huc accedit, quod beneficium Incarnationis, Passionis, & mortis ipsius Salvatoris, in cuius memoriam Missa fuit instituta, sit infinitum. Quid igitur æquius est, quam quotidie animi nostri gratitudinem offendamus, renouantes eius memoriam, ut honorem ei deferamus: quam nos beneficio afficit, totque bona nobis promeruit?

QVARTO: quia quotidie peccamus, & noua quotidie ob culpas nostras debita contrahimus. Quæ igitur maior prudentia esse potest, quam dicere vel audire quotidie Missam: ut certiori, ac copiosiori solutione, a minoribus nostris expensis, quam offerre pro illis possumus, eas exfolimus: vna enim Missa bene quotidie oblata, plus soluit, quam dies aliquot ieiunij, aut disciplinae, & quodcunque aliud opus satisfactoriun propter satisfactiones ipsius Salvatoris, quæ in ea nobis applicantur & propter proprias, quæ accedunt ex deuotione, qua illam offerimus.

QVINTO: quia quotidie circumdamur innumeris periculis, tentationibus, & pericandi occasionibus, quas Dæmon, mundus & caro nobis obtinet.

obtrudunt: quæ autem solidiora & efficaciora arma contra eas arripare possumus, quæ ipsam Missam, quæ cœlestè subsidium contra omnes nostros hostes impetramus, & Angeli, qui ei assistunt, in subsidium nobis aduentient aduersus Dæmones; & ipsemet Dominus causam nostram tanquam propriam suam suscipiet: quia summum, quem possumus, honorem in hac oblatione ei offerimus.

Quid autem dicam de periculis corporalibus, & miseris, quibus nostrum corpus est subiectum? Innumera sunt mala, quæ quotidie euenire nobis possunt contra vitam, salutem, honorem, facultates, & solatium: quedam publica, alia occulta: quæ nullâ humanâ industria præuenire, & euadere possumus: ad quæ tamen euitanda plurimum confert Missa, cuius valor terminum nullum habet: quam si quotidie Domino nostro offeramus, eum permouemus, ut ab eis omnibus nos præseruet.

Quod Si cupias multum in perfectione & sanctitate proficere: quodnam medium suauius & efficacius ipsa Missa adhiberè potes: in qua exercentur heroici omnium virtutum actus; Deoque offertur res præclarissima, quæ offerri ei potest: hic enim fides exercetur circa mysterium difficillimum; spes cum pignore certissimo; oratio cum fulcro Sacrificij & Ecclesiæ Sanctæ directione; charitas oratione & oblatione ipsius Missæ pro viuis ac defunctis. Quod si Sacramentaliter, aut spiritualiter communices, augmentum erit multò maius.

OCTAVO: quis filius non plurimum delectetur visitare quotidie suum parentem? & quis priuatus homo non studeat quotidie apud suum Principem aliquo tempore manere? Et quis ægrotus non afficiatur magna consolatione, quod videat quotidie suum medicum, à quo sentit morbum sibi alleuiari? & quis discipulus non conuenietur frequenter cum sapiente suo Præceptore? Et quis tristis ac deiolatus non gaudeat agere, quotidie aliquo tempore cum suo amico, à quo aliquid lenit solatium? Cur igitur non delecteris assistere quotidie MISSÆ, ad quam è cœlo venit tuus parens, tuus Princeps, medicus, Magister & amicus tuus verus? Cùm igitur magnus noster Deus velit quotidie remedij & solatij tui causà è cœlo ad terram venire: quid mirum, si & tu è domo tua ad templum te conferas, ut aliquid temporis in iucunda cum ipso conuersatione, & familiaritate expendas? apud nos in more est positum, ut cùm duo amici valde à te inuicem distant, cupiunt verò se mutuò videre, ita viam partiantur, ut in medio iteneris conueniant. At noster SALVATOR multò plus facit, qui è summo cœlo ad tempora nostra descendit, ut

nos

*quia arma
præbet ad-
uers. peccata*

*6.
quia à mar-
lis præseruat*

*7.
quia per
fectionem
promovet.*

*8.
quia in illa
cū Deo òni-
a bona no-
bis confer-
te agimus.*

9.
Necessitas
orandi.

10.
Facilicet
sacra Missa.

II.
quia Deo
summi
placet.
Daniel.
3.ii.

12.
Quia Eccle-
sia summi
eam facit.

13.
Quia Deus
operä in ea
locataam re-
munerat.

c. Luc. 19.3.

nos ed accedamus ad videndum, colloquendum, ac de nostris negotijs cum eo agendum. Et quid magis frequenter in scriptura Divina repetitur, quam necessitas semper orandi, sine intermissione, omni tempore: & qui iubet, nos quotidianum panem ab ipso petere pro hoc eterna die: signum est etiam velle, ut crastina die, perendie, & quando illud petamus. Quid igitur magis expediens, quam quotidie Missa imesse, & in ipsius Domini praesentia precationem illam ei dicere, quam pse iubet: qua petamus septem illa dona, quae peti a se iuber. FACILICET etiam supremi huius exercitij nos invitat, & allicit ad quotidie illud frequentandum. Si enim offerenda nobis fuissent, sicut antiqui offerebant animalia, oves, arletes, & res aliae variae cum difficultate, & expensis, quam habuissimus excusationem: nulla autem cogitari potuit oblationibus cilior ac suauior, quam haec sit: nam eam potius instituit Christus Dominus noster in pane & vino, qui cibus est ordinarius: ed quod opraret ordinarium & quotidianum: Huc accedit: quod Daemon extraordinaria quadam rabie Sanctissimum Missæ Sacrificium oppugnet, & per Hieronimos Anti-Christi Præcursores contendat eam abolere. Et ipsem Ante Christus in mundi fine (ut ait Daniel) b. tollet a publico uisa inge Sacrificium quod signum est, valde illud placere Deo, & hominibus prodelle. I quamvis nihil aliud hic est spectandum, quam ut despectus fieret Sathanæ: est valde ad rem quotidie huic Sacrificio interesse; & operam dare, eius continuatio semper progrediatur ac proficiat. Et quamvis Ecclesia constituerit integrum diem Dominicum, & aliorum festorum Diuinorum cultui dedicari: ad eundem tamen cultum, præceptum tantum ponitur: Etum audiendi Missam: ed quod hic sit porissimum, in quo multa ad ipsam Dei cultum & honorem spectantia continentur. Cum igitur Ecclesia Missæ auditionem tanti faciat: rationi est valde consentaneum, ut qui cuncti filios esse gloriarentur, non solum in Dominicis & festis, sed reliquis evenientibus illi intersint, Deumque suum optimo, quo possunt, modo honorant ac venentur.

H 1 s addamus tantam esse Dei nostri Charitatem & liberalitatem ut optantem ipsum, ut magis ei placeat, videre aliquo tempore beneficium singulare, & supra meritum, afficiat: quo bonum illud desiderium remuneret. Et qui ad Missam audiendam accedit, ut in consecrata Hostia ipsum videat & adoret: non recedet inde absque magno alioquo lucro, & tuuertali aspectus. Præclara huius rei imago est, quod euenit Zachaeo: nam pro magnῳ desiderio teneretur videndi Christum Dominum nostrum, qui transibat versus Iericho; nec posset c. præ turba, quia statuta præfatis præcurvens ascendit in arborem, ut cum viseret: nihil aliud cogitans aut contempsens, quam eum videre, & nosse; Sed Christus Dominus noster, cuius

derium eius valde placuit, suspiciens, & benignissimis suis oculis *cum vident*, dixit: *Zachæus, festinans descendit: quia hodie in domo tua oportet me manere.* quasi distinctius ei dixisset: tu optasti hodie me videre: hoc igitur desiderium tuum hodie etiam remunerabo, ita ut me hospitio excipiens, & videas, & diutius tecum colloquaris: ita ut *hodie salus domini tui facta sit*, maneatque sanctificata. Quæ nam igitur dies, ô mundi Salvator, futura est; in qua ego non studeam, te videre, ambulantem per Iericho huius mundi dictum licet & velatum in Sanctissimo hoc Sacramento? Quomodo non quotidie cupiam te aspicere, transiunt in hoc Sacrificio: qui adeò es liberalis in eos, qui te videre desiderant? Et si satis mihi existimo esse, quod lolum te videam, indignum me reputans, qui te hospitio recipiam: tu cordi meo loqueris ac dices; ingredere in domum tuam, quia hodie volo apud te manere. O Diuina Charitatis celstitudinem! quæ ita benignè suauiterque agis cum his, qui te aspiciunt: vt in eorum animas spiritualiter ingrediatis, eosdem visitans, & consolans tuā præsentia; totque bonis eos replens, vt dici possit: *hodie salus domini huic facta est*; quia salutis auctor in eam est ingressus. Sed quid dicemus, quando ipse Sanctissimi Sacramenti aspectus, effectum excitat, & voluntatem ipsum accipiendi: imò tantam excitat famem, vt homo non satietur, nisi regia ipsius præsentia, quam in Sacramentali sumptione accipit? Sepè hoc accedit humilibus & pīs animabus, cùm Missæ interficiunt; quas vehementibus inspirationibus hic D O M I N V S ad Sacram communionem impellit, dicens eis idem, quod Z A C H A E U S: ingredere in domum tuam, eamque studiosè præpara, & exhorta: quia hodie in Sacra Communione volo ad eam venire. Et cum hac ratione eam ingreditur, maiori cum efficacitate dicit: *hodie salus domini huic facta est*: manet enim locupletata, & beata ex mea præsentia.

D E N I Q U E omnia hæc bona & commoda, quæ Missa adfert, voluit Deus confirmare multis & præclaris miraculis editis in fauorem eorum, qui laudabilem in hanc tenuerunt consuetudinem. Aliquos euim eripuit à fornace ignis; alios à fulminibus aut morte subiranea; alios à vehementi bustentationibus; alios à vinculis & carcerebus; alios ab hostium suorum incuribus. Sed quid mirum, quod qui quotidie tot edit prodigia, etiam si inuisibilia: vt fiat Sacrificium & cibus noster, faciat etiam multa visibilia: vt à nostris periculis per hoc medium nos eripiat? Si d' serpens eneus pro signo in altum eleuatus, prodigio è sandab percussor à veris & venenatis serpentibus: quid mirum si quotidie Christum Dominum nostrum in Missa aspicere, cùm in Sacra H O S T I A & C A L I C E eleuatur, satis sit, vt etiam miraculosè, si id opus esset, à nostris doloribus & aduersitatibus liberemur? Ne desit nobis Fides, ne deuotio nostra intepescat: cùm enim

14.

d Num. 9.12

Diuina bonitas & Omnipotentia non imminuat, non desinet labore confugientibus ad ipsius misericordiae thronum, qui est Sanctissimum Missæ Sacrificium.

§ II.

EX DICTIS deduci debent duo magni momenti documenta. ^{In}
 1. Documentum pro Sacerdotibus, quos haec rationes magis obstringunt, & regent ad quotidie celebrandam Missam cum maxima, qua posse deuotione. Quibus tamen rationibus aliae adhuc valde efficaces sunt.

PRIMA, ob insignem utilitatem, quae illis prouenit, non sollempniter Sacrificij oblatione; sed etiam ex ipsius Sacramenti sumptuone. Et signis prodigalitas priuare se tanto bono, quod possit adeo facile obnoscere. Et est quasi contemptus quidam, aut exigua certe estimatio, certe huius Mannæ, & panis supersubstantialis; quod non sumatur quod die; cum tam facile fieri possit, ut videri potest in quarto tractatu*Dei* tom*i*.

SECUNDA ratio est ob ingentem utilitatem, quam adserunt Ecclesiæ universæ, & omnibus fidelibus viuis ac defunctis. Est enim ergo Charitas, breviisque misericordia, tanto bono eos priuare, cum nulla alia ad sit causa, quam ignavia & negligentia propria. Sacerdos (ait Beda) absque legitimo impedimento Missæ celebrationem omittrit, quantum in ipso est Sanctissimam Trinitatem priuat laude & gloria; Angelos in celis; peccatores venia; iustos auxilio, & gratia; existentes in purgatorio subdio & refrigerio; Ecclesiam ipsam ingenti beneficio; & seipsum dicina & remedio.

PRAETEREA (ut ait S. Thomas) non est tutum, a *in vacuum gratias Dei recipere*, & *b talentum à Domino acceptum fodere in terram*; & non exercere officium sibi commissum. Cum igitur Sacerdotis officium sit Missæ celebrare, & pro fidelibus omnibus orare; & gratia Sacramenti ordinis ad hoc sit illud: malè omnino faceret, si ab hoc exercitio semper lebenduceret, etiam praetextu reverentiae & humilitatis. Cum enim officium & gratiam habeat ad illud exercendum: non erit contra reverentiam & humilitatem frequenter illud exercere.

PRAECIPVE, cum sati conseruit esse magis conforme præcepto Christi Domini nostri, cum dixit Apostolis, eorumque successoribus: *Hoc facite in meam commemorationem*. Qua tentativa, ut concilium Tridentinum declarat, hoc Sacrificium offerri præcepit: Et quamvis hoc precepto non obligenter ad Sacrum quotidie facendum, quia solum commendat, ut id faciant Dominicis minimum & festis solemnibus: dubit

1. Docum.
tum

Idem S. Bo-
nu. tract.
de prepar.
ad Missam
c. 5.

3.
3. p. q. § 2.
a. 10.
a. 2. Cor. 6. 1.
b. 2 Matib.
2. 18.

4.
c. Luc. 22. 19
Soff. 22. c. 1.
Soff. 23. c. 4
de Riform.